



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 16. Ad quid teneatur Confessarius temerè de obligans pœnitentem à restituzione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

causa efficax totius damni , sed tantumdamni  
horum quinque , quod erat divisibile à danno  
reliquorum, ita Mol. d. 736. n. 2. Bonac. de Restit.  
d. 1. q. 2. p. 7. Lef. n. 6. Lugo n. 4.

*Q. 16. Ad quid teneatur Confessarius temere de- 51  
obligans pénitentem à restituzione. Rz. Hoc resolve-  
tur de Pœnit. c. 2. dub. 6.*

*Q. 17. An etiam ille teneatur restituere, qui du-  
bitat, an efficaciter sit cooperatus danno. Rz. Hoc di-  
cendum n. 574.*

### D V B I V M III.

*An supradicti teneantur singuli restituere in  
solidum, & quo ordine.*

**R**Esp. Cùm plures damnificantes, vel seorsim<sup>52</sup>  
singuli rem suam agere possint, vel conjun-<sup>52</sup>  
ctim, atque alii aliis plus minusve in damnum<sup>52</sup>  
influere, hinc ex tali ordine & mensura influxus<sup>52</sup>  
ordo & mensura restitutionis desumenda est.<sup>52</sup>  
*Ita comm. Doct. Unde resolvet,*

I. Si plures absque consensu, quisque per se<sup>52</sup>  
seorsim, & casu concurrant ad damnum, singuli<sup>52</sup>  
non plus tenentur restituere, quàm quod quis-<sup>52</sup>  
que per se damni intulit. Lay. l. 3. tr. 2. c. 6. <sup>52</sup>

II. Si plures cum consensu, & invicem juvan-<sup>52</sup>  
tes, id fecerunt, singuli in solidum tenentur re-<sup>52</sup>  
stituere totum damnum, quia singuli sunt cau-<sup>52</sup>  
sa totius damni , cùm unus juvet alterum , &<sup>52</sup>  
procedat ex confidentia, quam habet in auxilio<sup>52</sup>  
aliorum: Unde si unus eorum restitutionem fe-<sup>52</sup>  
cit , potest à reliquis, nimirum à principalium to-<sup>52</sup>  
tum;